1486. die 27. 8bris. Ex Orig: Arch: Ant: Civit: Varsav:

329.

107

Quietatio de solutione Septuaginta sex aureorum.

Boleslaus Dei gratia dux Masoviae, Russiae etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit generaliter universis, recognoscentes. Quia recepimus, et manualiter levavimus septuaginta florenos Hungaricales puri auri et justi ponderis a Consulibus Varschoviensibus, quasquidem florenos praefatis Consulibus nostris de censibus et proventibus nostris ducalibus, dum libertas civitatis antiquae Varschaviensis expirabit, commisimus, et per praesentes committimus recolligendos. In cujus rei testimonium sigillum nostrum mediocre praesentibus est subappensum. Actum et Datum in Noweimyastho feria sexta in Vigilia Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno Domini Millesimo quadringentesimo Octuagesimo sexto.

Ta Kopia z Oryginału pargaminowego, przepisana Dnia 12go Sierpnia, Roku Pańskiego 1785go, u którego dotą na Zawiasie pargaminowey wisi pieczęć.

5